



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1765**

**VD18 90118243**

§.13. Joannis Vatacii mors.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66255)

Sæcul. XIII. citum ibi versantem. Diploma dabat 7  
A.C. 1255. Dec. 1255. Confirmavit etiam Legati  
 potestatem & jura Constantinopolitano  
 Patriarchæ Latino. Is erat Pantaleon  
Id. 1253. Justinianus nobilis Venetus, cui Papa In-  
n. ult. nocentius IV. ante biennium tantum mu-  
 nus commiserat, addita legatione per to-  
 tum Imperium Constantinopolitanum, ita  
 tamen, ut cederet Legato *a latere*, si quis  
 hæc in loca veniret. Simul illi præcepit,  
 ut mille circiter nummorum Sterlingo-  
 rum felibras ad opem Imperio præstan-  
 dam mutuas sumeret, ac Ecclesiarum bo-  
 na pro eis oppignoraret. Nam Latino-  
 rum conditio in Romania sicut in Palæ-  
 stina indies siebat deterior.

## §. XIII.

*Ioannis Vataci mors.*

Imperator Græcus Joannes Ducas Vata-  
 cius exeunte Februario anni 1254 a<sup>e</sup>  
 poplexia tactus ex ea obiit prope Nym-  
 phæam 30 Oct. anno ætatis sexagesimo  
 secundo, regiminis trigesimo tertio. Ejus  
 solium conscendit filius Theodorus Las-  
 caris tres ac triginta natus annos: nam  
Theod. Las- sub idem tempus vitæ lucem adierat, quo  
caris emp. pater agnitus est Imperator. Sedes Pa-  
Georg. triarchalis vacabat per decessum Manue-  
Acrop. n. 32. lis, paulo ante Imperatorem mortui. Suc-  
p. 55. ceferat Methodio successori Germani, qui  
Niceph. Eccle-  
Greg. lib. 2.  
c. 8. n. 4.  
Allat. de  
conf. II. c. 14.  
n. 5.

Ecclesiæ reconciliandi consilia cum Papa Sæcul. XIII.  
 Gregorio IX. agitaverat. Porro novus A.C. 1255.  
 Imperator, ut bello contra Bulgaros ad-  
 esset, coronari maxime cupiebat, sed non Sup. lib. 80.  
 §. 17.  
 poterat nisi per Patriarcham. Mox o-  
 culos conjecit in Nicephorum Blemmi- Acrop. p. 57.  
 dam sibi mutuo amore junctum, quo Ma-  
 gistro doctissimus evaferat. Sed Nice-  
 phorum patriarchalis dignitas parum  
 tangebat; ejusque recusationem Impera-  
 tor ipse haud moleste tulit. Nam Princi-  
 pes volunt Patriarchas submissos sibi &  
 assentantes, quales fere sunt indocti, suis  
 in rationibus nullam ponentes fiduciam:  
 eruditi vero sunt rigidiores, & Dominis  
 obsistunt suis. Sic loquitur historicus  
 Georgius Acropolita.

#### §. XIV.

#### *Continuatio turbarum Universitatis Parisiensis.*

In Gallia Doctores Parisienses allato ad  
 se diplomate *Quasi lignum vitæ*, ac eis Duboulai  
 executionem ex mandato Papæ urgenti- to. 3. p. 37.  
 bus Episcopis Aurelianensi & Antisiodo-  
 rensi, negabant se posse adigi, ut in suum  
 corpus admitterent Religiosos, qui vitæ  
 genus a suo diversum ducerent. Duo  
 Episcopi nulla oppositionum, immo nec  
 appellationis ad Papam ab illis interje-  
 ctæ ratione habita, anathematis senten-  
 tiam